Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31636
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

facilis ad persuadendum plurimis idoneus. uidens
moysen in maximo honore constitutum. per inuidiam gra-
uiter hoc ferebat. Nam cum esset ex ea tribu. erat et
eius cognatus et mordebatur quasi iustius esset ut eam gloriam
ipse obtineret qui et ditior illo. et genere apud le-
uitas non uideretur esse deterior. Clamabatque dicens cru-
dele esse moysen. gloriamque sibimet occupasse. et hanc
per calliditatem quesisse sub occasione quasi uideret deum.
et contra leges aaron fratri sacerdotium dedit. non commu-
ni placito plebis. sed suo iudicio. et super hoc more tyran-
nico honores quos uellet impenderet. Seuius autem esse
dicebat et ultra uiolentiam qua lesionem uidebatur in-
ferre. latenter quando non solum nolentibus. sed neque intelli-
gentibus insidias eius honores facere contenderet. quod cum
scierint inquit homines non se posse uiolentia preualere.
hanc quidem uiolentes boni uidere non inferunt. dolosa
tamen arte machinantur quatenus desideratum perueniat
ad effectum. His et similibus suadebat plebi. quia uti-
le foret ut dum adhuc huiusmodi latere se crederent
punirentur nec sinerentur ad optionem accedere cumu-
li. ne manifeste fierent inimici. adiciebatque dicens.
Quam rationem reddere poterit moyses. ut aaron
et eius filiis daret sacerdotium? Si enim ex tribu leui
honorem alicui prebendum esse decreuit ego iustior
sum accipere. ge[ ]nere quidem ipso consistens
quam moyses. diuiciis autem et forma [ ] potencior.
Si uero maior tribus queritur dignum est ut ruben tribus
potius honoretur. et hunc accipiat dathan et abiron. et
falas. Isti enim seniores erant in illa tribu. et poten-
tes facultate pecuniarum. Hec itaque chore dicens.
uolebat quidem communi utilitate prodesse. opere uero age-
bat ut hunc honorem in se populi suffragatione trans-
ferret. et ille hec quidem maliuole plebi cum dece-
re dicebat eloquio. Procedente uero a sermone pau-
latim ad multos et crescentibus auditoribus contra de-
rogationem aaron omnis exercitus est agitatus. Erant
enim concordantes cum chore. ducenti et quinquaginta priores uiri. stu-
dentes quatenus fratrem moysi sacerdotii iure priuarent.
et pro hoc eum exhonorarent. Tunc itaque populus ut etiam moy-
sen lapidaret aggressus est. et in ecclesiam inordina-
te et turbulenter conueniebat. et ante tabernacu-
lum dei clamabat omnis. Exeat tyrannus. et populus ab eius
seruicio liberetur qui sub occasione dei uiolenta
mandata precepit. Dicebat enim. Quod si deus ipse sacer-
dotem futurum eligeret dignissimum ad hunc honorem
non prohiberet et non eum multis inferiori daret. ac si
decreuisset hunc aaron dari coram populo faceret et non in
fratris potestate hoc relinqueret. Moyses autem cum dero-
gationem chore iam ex multo presciret. etiam irritatum
populum non expauit. sed confidens rebus quas fideli deuotione
tractabat et sciens fratrem dei uoluntate sacerdotium
et non suo munere meruisse. ad concilium uenit et mul-
titudini quidem nichil omnino locutus est. Ad chore autem
clamans cum esset dexter et iam in aliis. et ad loquendum
nimis ingeniosus. Michi inquit o chore et tibi. et
unicuique horum. ostendebat autem ducentos et quinquaginta uiros. hono-
re digni esse uidemini. et toti exercitui huiusmodi
honore non priuo. licet non habeant que uobis ex diuiciis
et culmine alie dignitatis existunt. Igitur sacerdo-
tium aaron non eo quod diuiciis precellat. cum tu nos ambos
pecuniarum magnitudine uidearis superare. neque
propter genus. quando commune nobis hoc fecit deus eundem
progenitorem dans nobis. neque propter fraternum amorem. Quod
iustius alter habere potuisset et hoc ego contuli fratri.
Nam si non cogitarem de dei legibus hunc honorem mihi potius prebu-
issem. quando plus mihi ego sum uicinus quam alteri. et mihi magis
quam alteri familiaris existo. Nam neque sapiens con-
silium erat memet periculis subdere. et alio ex tali
causa felicitatis dona conferre. Sed a malicia sum re-
motus. deus enim se contempni non despexit. neque uos igno-
rare uoluit quod hoc facientes ei p[ ]statis. et
ipse eligens sacerdotem futurum [ ]rem[ ] sibi.
a querela uos huiusmodi liberabit.
Non enim aaron gratia mea hoc sed iudicio diuino
sortitus est. Unde ponet deus hoc in medio quasi ad dis-
ceptandum. ut nec quis dignus ad hoc inuentus accedat.
Quod enim dedit deus non derelinquamus. si uolentes accepis-
se iudicamus. cum sit impium honorem quem ille prebet non
adire et nimis irrationabile uniuerso [ ]ei tem-
pore securitatem permittente deo contempnere. Sed
nec iterum probare uult eum qui pro uobis ei debeat
hostias immolare et presul pietatis existere.
Incongruum namque est o chore ut quilibet appetens ho-
norem deo hunc prebendi cui uoluerit auferat pote-
statem. Igitur a seditione et huiusmodi turba quiescite.
Mane uero omnis qui sacerdotium queritis. thuribulum sin-
guli portantes. a uestris domibus cum thimiamate et ig-
ne uenite. Sed et tu chore cede deo iudicium. et in his
eius exspecta sentenciam. et non temetipsum deo uelis
meliorem facere. sed potius adesto de hoc honore talium
iudicandus. nec non et abiron arbitror interesse iudi-
candum. cum et eiusdem generis sit. et in nullo possit de-